



Universitätsbibliothek Paderborn

**Gallia Vindicata, In Qua Testimoniis Exemplisque
Gallicanæ Præsertim Ecclesiæ, Quæ Pro Regalia, Ac
Quatuor Parisiensibus Propositionibvs A Ludovico
Maimburgo, Alijsque producta sunt, Refutantur**

Sfondrati, Celestino

[Ort nicht ermittelt], MDCLXXXVIII.

34. Epistola D. Foucault Aquitaniæ Præfecti ad Epis. Apamiensem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38277

318 Dislert. I. § VIII. Documenta ex Gallico

fructu vitam regularem duxit, ad sæcularem statum dilabi. Jubeat denique, juxta Apostolicas ac Canonicas Regulas, liberam mihi plenâmque proventuum Episcopaliū administrationem restituī: nam si Regum Galliae præcipua gloria ac decus fuit, ut in eorum sinu, quoties Episcopi affligerentur, tutam stationem ac asylum suis persecutionibus & ærumnis invenirent; cur sperare non liceat, Majestatem Vestram non permisurām, ut ego, quem semper testimonio etiam hujus Provinciae fidelissimum habuit, tot deinceps calamitatibus premari? Cæterūm utcunq; res meæ vadant, numquam ego cessabo pro Majestatis Vestra Ejusque Regiæ familiae incolumitate Divinam Bonitatem implorare, erōque ad cineres usque. Apamij 6. Junij 1678.

Majestatis Vestrae

*Humillimus & Obedientissimus
Servus*

Franciscus Episcopus Apamienus

Documentum XXXIV.

Epistola D. Foncault Aquitaniæ Præfecti ad Reverendissimum & Illusterrissimum Episcopum Apamensem.

A Montauban. 19. Febr. 1678.

Redidi mearum partium esse, Illustrissimæ & Reverendissimæ Dominationi Vestrae suggerere, crastina die, quæ vigesima est currentis mensis, dilationis à Senatu Regio concessæ terminum expirare, quo Illustrissima Dominatio Vestra jubebatur in Camera Computorum Parisiensi juramentum fidelitatis suæ inscribendum emittere.

Pla-

Placeat ergo mihi insinuare, quid sibi in hac causa faciendo proposuerit; jubeor enim, nisi Ipsa Regiae Declarationi acqueiverit, proventus Apamiensis Episcopatus detinere. Spero Dominationem Vestram Majestati Suæ gratificaturam, sique absolutum me iri necessitate tam durum ingratumque imperium explendi. Interim, &c.

A Montanban. 19. Febr. 1678.

*Humillimus & Obsequientissimus
Servus
Foncault.*

Documentum XXXV.

Responsio Illustrissimi & Reverendissimi Episcopi Apamiensis.

Apamij 23. Febr. 1678.

Vehementer Vobis obstringor, ob exercitam in me humilitatem, simulque significo, me datis ad Majestatem suam litteris reverentiâ ac veneratione plenis, quantum videlicet. Supremo meo Principi debeo, rationes exposuisse, quibus conscientiam meam illigari sentio, ne Sacramentum fidelitatis inscribi permittam. Nec despero, Regem aequitatis amantem aliquid meis precibus delaturum. Planè si placeat Vobis ingens illud desiderium astimare, quo teneor voluntati Regiae obsequendi, facilè intelligetis, me, qui haec tenus nihil charius & antiquius habui, quam ut semper Principi obtemperarem, ne id quoque in præsenti causa agam, solo metu offendendi Dei prohiberi. Temporales proventus quod attinet, illi ut semper mihi oneri & periculo fuere, ob necessitatem reddendi de illis Omnipotenti Deo rationem, ita (si modò absit Ecclesiæ injuria) paratisimo